



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

§. III. Peccatu[m] ex infirmitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

*seru-
lum spi-
ritua-
le.*
* No-
tēt hoc
serupu-
losi, qui
se. tor-
quāt
ob ve-
nialia.

voluntatem tuam, tibiq; placerem!
Eximia contritio illa est, cui amor, spes & humilis fiducia in Deum conjuncta est. Multo certē efficacius & citius leuiore offensae delentur, si homo culpam suam humiliter agnoscens, repente amanterque ad Deum se convertat, quam si defectus suos cum grandi pusillanimitate apud se diu pertraheret atque consideret.

§. III. PECCATUM EX INFIRMITATE.

*I.
Aliud
est, labi
in pecca-
tum ex
infirmitate.*
* Hæc
attingit
& transfert R. P.
Alfons⁹
Rodert-
cius in
suū Per-
fectio-
nis Exer-
citiū
parte 1.
tr. 1. c.
12. & p.
2. tr. 3.
cap. 43.

* Porro aliud est, labi in venialia peccata ex infirmitate & occasione tantum; atque aliud, illa committere ex mera grauique negligentia. Qui enim ex infirmitate & subreptione offendit, licet nullius creaturæ inordinato amore captus detineatur, semperque se paratum animo inueniat ad relinquendum omnia, quæ certò scit Deum ab ipso velle reliqui; facile tamen, dum sese offert occasio, excedit, aut elatione animi, aut impatientiâ, aut torpore, aut ignaviâ, aut verborum levitate ac nimietate, aut affectione sensuali atque carnali, estque vel potus & cibi intemperantior, vel plus satis hilaris, vel immodicè sollicitus atque occupatus; sed mox ut ad se rediit, dolet quòd studiosius se non custodierit, ac penitus a versatur etiam minimam peccati maculam, ob idque veniam citò consequitur. Fundus ejus corruptus non est, & ei peccata ac vitia minùs adhæ-

rent, minùsque gratiam Dei in eo impediunt.

Qui verò volens ac sciens creaturarum affectibus & amore captivus detinetur, atque in illis delectationem & voluptatem inordinatè quærit; is nimirum ex inertia & gravi negligentia offendit. Nam etiam dum, occasionibus malorum sublatis, liber apud semetipsum esse potest, plurimum concupiscit ipsas occasiones; & culpas ita à se admissas, quas odisse deberet, parvipendit ac negligit. Liqueat planè, fundum huiusmodi hominis impurum esse. Verumtamen ipse quoque veniam obtineret, si post lapsum, veram contritionem & propositum sese corrigendi conciperet.

§. IV. PUGNA TENTATIONUM.

Aliud etiam est, impugnari à vitiiis; & aliud expugnari. Quàdiu non consentis, quamdiu tibi displicent ipsa vitia, & eis ratione ac voluntate repugnas; non elongaris à Deo, quantumlibet illa infesta sint & molesta. Quidam servi Dei, naturâ intus ac foris placidi sunt, & non nisi tenuiter impugnantur à vitiiis. Alii, dum occasiones sese offerunt, acrius quidem tentantur (cùm sint ex ipsa naturâ proclives ad superbiam, vel vanam gloriam, vel iram, vel gulam, vel luxuriam, vel alias culpas) nullo tamen modo volunt ipsis vitiiis præstare consensum. Nam quando illa in se sentiunt, mox deserunt & con-

tem-